



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Decretvm XXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

DECRETVM XVIII.

INtolerabilem quoque abusum etiamnum continuari intelligimus, quod distributio-nes quotidianæ, quæ, vigore facrorum Cano-num & Concilii Tridentini, nec non receptæ consuetudinis, in omnibus Ecclesiis, solis præ-sentibus in choro distribui deberent, absenti-bus etiam, nec legitimè impeditis dentur. Vnde hinc duplex malitia consequitur; una, quod portio illa, quæ absentibus datur, præ-sentibus vel fabricæ Ecclesiaræ, quibus de jure competit, decedat; altera, quod taliter recipien-tes fructus non faciant suos, & taliter ob humanos favores conniventes & admittentes peccant, adeoque in conscientia singuli resti-tuere teneantur; cum illis solum absentibus præsentia debeantur, quos sacri Canones ex-cusant. Quod ne posthac fiat, severissime pro-hibemus; facillimumque huic malo remedium adhiberi poterit, si uti antehac fieri con-suevit præsentia illæ non uno tempore simul, sed per dies quibus cedunt, in Choro præsentibus distribuantur; quod facilius hisce temporibus pacis, quam præcedentibus bellicis, fiet. Ideoque in virtute sanctæ obedientiæ, poenisse arbitrii, omnibus & singulis Ecclesia-rum Diœcesis Nostræ Osnabrugensis Prælatis & Superioribus mandando præcipimus, uti, in his & similibus abusibus tollendis, se vigi-lantiores & diligentiores, quam antehac ab illis factum est, exhibeant, & provideant, ac congruis mediis, & debitis poenis Ecclesiasti-cis, sua jurisdictiōni subjectos inducant ac cogant, ut obligationibus suis juxta fundatio-nes beneficiorum suorum, tam in celebrando imposito Sacrorum numero, vel procurandâ deluper dispensatione, quam divinorum obse-quiorum majori frequentatione, & exclusione absentium, vel minus canonice impeditorum, à participatione quotidianarum distributio-num, aliiisque juxta uniuersitatemque fundationem rite obeundis & præstandis satisfaciant: scien-tes, quod si in his & similibus excessibus puniendis & corrigendis conniveant, dissimu-lent, vel nimis remissi fuerint, seipso horum peccatorum participes reddant, Deoque & Nobis strictam de his rationem sint reddituri.

DECRETUM XIX.

CVM aliqui ex Pastoribus ruralibus ita se intra limites Parochiarum suarum con-tineant, ut nullam vicinarum Acatholicarum, quoad Catholicos in illis commorantes, cu-ram habeant, quam tamen omnibus Pasto-ribus Nostræ Diœcesis antehac, juxta certam Parochiarum Acatholicarum distributionem à Nobis factam, ipsorum inspectioni demanda-vimus: idcirco Pastorales Nostræ obligatio-nis memores, iterum severe præcipimus ac mandamus, ut diligentiorem posthac curam & sollicitudinem, quoad vicinos Catholicos, in Parochiis Acatholicis degentes, juxta fa-ciat specificacionem gerant, illisque in Sa-cramentorum administratione, animarumque salute procuranda, & spiritualibus consola-tionibus, sedulo & fideliter, uti propriis suis Parochianis, adiungant; scientes, quod si fecus fecerint, divinæ ultiōnis vindictam ac No-stram offensam se incursum.

DECRETUM XX.

Væ circa concubinatus vitium, neandum, prò dolor, plene apud nonnullos extir-patum, in anterioribus Synodis disposuimus, hoc loco repetimus & confirmamus; sedulo omnibus & singulis præcipientes, ut funditus, hoc turpissimum carnis vitium, & Dei Sacerdote indignissimum, eradicare allabo-rent, & haec tenus data scandala devitent.

DECRETUM XXI.

Commisarios Archidiaconorum præcep-tæ antehac in Synodis celebrandis fru-galitatis denuo commonemus; ne Parochias visitatas gravent, & exiles sæpe Ecclesiarum reditus abliguriant.

DECRETUM XXII.

CVM etiam summus Pontifex Conclusio-nes nonnullas hereticæ pravitatis non ita pridem damnarit; easdem, in hoc cœtu & loco Synodali, debite promulgari volumus, sicut & de facto promulgamus; ut sequitur:

Sm.